 rimū mala p̄plo frigida ⁊ hūida. aut cū mā. aut si
 ne mā ē hūial. cā. Quoz vnū hic. Et sup̄ dī
 v̄sificat affo. Et dīc p̄mo q; vnū istoz dīctoꝝ d̄ cau
 sis liētie. ex qb⁹ sit extrema i p̄nō est frigiditas
 d̄ians stomacho s; q; h̄iq; elogat multā a t̄p̄anto finit
 ⁊ dēfinit oxiremia. q; cā oxiremie est aliquantula
 mora cibi i stomacho. ⁊ iō cū passio frigiditat q; ē cā
 liētie maiorat necesse ē q; stomachus i retinēdo d̄
 bilites. ⁊ iō sp̄. cū nō retinet sit oxiremia s; cibo ali
 quātulū post minoratē icipit stomach⁹ fieri magis
 dīgēstibil⁹ ⁊ potens dīgē. s; q; nullo mō minorat
 nullo mō dīgerit. ⁊ iō nullo qualitas n̄cō sp̄. p̄
 mutata n̄ ēt pa⁹ cibi a stomacho appebit. ⁊ in isto
 casu nō icipit neq; apparet oxirema nisi cū in sto
 maco nimis ab̄dat flegma ⁊ maxime acetosum.
 B̄t 2° q; pp̄ istā cām q; flegma acetosuz ex̄si

Stomaco potest esse causa oxiremie et si cibus non digeratur
 id non dicitur propter absolute quod oxirema est bonum signum
 in licentia. scilicet solum in licentia diuturna in qua prius si ap-
 paruit oxirema. unde dicitur prius non ex his causa passio de
 flegmate accidit. quod aliquando oxirema in stomachi refru-
 geratione multo tempore cessat cum sit in seipsum passio-
 nis species quoniam est a flegmate acetoso. Ergo intentio propter
 est quod cum oxirema est a principio licentie et post cessat
 quod licentia non est a flegmate precipue acetoso quoniam sup-
 uenit post aliquod tempus oxirema significat quod cibus
 in stomacho aliquid diu moratur. et id necesse est quod postea
 digeratur. quod a natura redit ad suam actionem. et id species signifi-
 ficat bonum. et subdit quod sibi versus quod sua disputatio suf-
 ficiat pro expositione habet affo. scilicet quod vult cape fundamenta le-
 gat librum suum de virtutibus naturalibus. et librum de signifi-
 cationibus et accidentibus excrementum quod ut puto est de accenti
 et morbo. Oxistratus tamen. In tertia parte narrat
 opinionem oxistrati circa licentiam. et diuidit in duas
 primo ponit opiniones 2o improbat. 2o ibi. Nescio
 autem. De prima dicit quod oxistratus in 3o particula de iuesti-
 gationibus est metitus refragans et opponens se anti-
 que in passionibus licentie quod ut intelligat subdit verba
 oxistrati quod dicit quod antiqui diuiserunt licentiam in tres ma-
 neres fluxus. quod alia est disintia. alia est licentia. alia
 tenasmon. quorum diuersitates antiqui putauerunt esse
 in excrementibus dicentes quod si aliquid egreditur de genere san-
 guinis vel mucosum vel viscosum et reliquum quod egreditur
 tur sit digesta quod hoc est disintia. si vero egrediat res
 non cocta sanguini admixta est licentia. et si egreditur
 mucosum vel vinctuosum sanguinolentum. et aliquantu-
 lum digestum dicitur quod est tenasmon. Nescio autem. Im-
 probat per auctoritates deca oxistrati. Et primo genera-
 libus auctoritatibus et post pluribus specialibus. pri-
 mo quod dicit quod nescit quod coegerit oxistratum ad dicit
 dum quod hoc repugnat et anterioribus et posterioribus
 promiscendo rem indigestam cum indigone sanguinis in descri-
 ptione licentie cui nullus concordat. sic neque sithenus
 nec oratheus. nec alius ad gal. etatem. neque orige-
 nes et socij sui neque alij potest esse. 2o dicit quod orathe-
 us in libro suo de morbi causa et curatione dicit. passio quam
 antiqui vocant disintiam. alij autem licentiam hac liquidis-
 sima sequitur egestio multa spumosa fetida. et sic nihil
 de sanguine dicit. Dicit 3o quod poragoras in 2o particula
 de accidentibus sequentibus morbum inquit quod illi qui habent le-
 nitatem intestini necesse est eos pati quadam lubrico-
 sitate maxime quoniam si ieiunij. et hijs semper cito egreditur
 unde ego et multi alij medici presentiam nihil aliud esse
 hanc passionem quam velocem exitum cibi et potus. et idem in-
 telligunt et ceteri antiqui. dicit 4o quod in libro de
 licentia egreditur cibus subtilis et non coagulatus et si-
 ne dolore. tamen corpus inde resumitur. et constat quod hic per
 subtilis. et non coagulatus intelligitur indigestus quod ita an-
 tiqui solent intelligere. Dicit 5o quod in libro propter. de
 regimine sanorum quem quod negat esse propter. scilicet cuiusdam
 filij dei siue fenicio ita iuenit scriptum. Aliquando aliquid in-
 uentum a quibus cibus crudus indigestus et subtilis
 exit et sine dolore non propter aliam passionem nisi licen-
 tiam. Et hijs omnes si oxistrato antiquiores scilicet posteriores
 non multi fuerunt qui oxistratum faterentur se ve-

disse et concordat in licentia passione. unde dicit gal.
 quod nescit quod coegerit oxistratum ad tale quid dicen-
 dum ut obuians anterioribus et mentiens posterioribus
 dicit licentiam esse cum re indigesta mixta cum
 sanguine. Ex quibus omnibus elige quod quibus perueni-
 do possemus dicere licentiam esse rez egredientes
 indigestam et possemus dicit quod sit egritudo stomachi
 et intestinoz quam egritudinem sequitur exitus talis rei
 veritas tamen est quod est ille exitus rei indigeste et est ac-
 tio lesa. sed cum in hac actione lesa vnicum sit extens
 tris tamen virtus operationes iueniunt lese. scilicet digestiue unde
 cibi egrediuntur indigesti. et est ablatio operationis eius to-
 talis aut quod et similis expulsiue et est corruptio operatio-
 nis expulsiue expellent illud quod non vix in dispo-
 nabili. 3o est operatio retentive et est ablatio operatio-
 nis totalis quod quod cibus nullo modo retinet quod secundum naturam vix re-
 tinere. aut saltem paucissimo tempore retinet. per est ex du-
 ctis. 2o quod in licentia stat vnicuiusque virtus operatio
 ne ledit per essentialia. et stat alicuius istarum virtutum operatio
 nis ledit per essentialia quoniam ledit per defectum in aliquo natu-
 rali instrumentorum illius virtuti sibi puenient ministraret
 vbi gratia. in loco morseato quatuor digestiua et re-
 tentiua. et alie ministrantes debite fuerunt. tamen propter malam
 complexionem loci operatio asimulatiue est lesa tunc autem di-
 cimus ledi alicuius virtus operationem per colligantiam
 quoniam lesio est propter debitum fuit alterius virtuti sibi sub-
 ordinate. ut cum operatio digestiue ledit. quod retentiua non
 seruit oportune aut expulsiua impedit actum digesti-
 ue. Ad id constat quod est possibile in stomacho et intestinis
 esse mala complexionem per se impediens operationem cuiuslibet ista-
 rum virtutum et stat quod ledat operatio retentive propter defectum
 in suo instrumto immediate deseruiens digestiue non sit
 defectus quam per se operatio digonis sequeret. Et tamen
 quod digestiua non potest digerere nisi tempore debito retineat
 id accidit nobilis lesio in operatione digestiue per collig-
 antiam. et sic dicitur de alijs. scilicet oxirema potest esse sequi
 per se nocumens virtuti retentive et per colligantiam digesti-
 ue. 03 tamen semper in oxirema esse defectum in operatione
 digestiue. sed si virtus non debite retineret cibum imo
 cum fluctuatione et agitatione tunc staret fieri debile di-
 gestionem et diminutam. unde sequeret oxirema simul
 diminuta distione siue propter frigus siue propter calorem
 ut ostendit. scilicet tertij esse possibile et acetoso cibo stat
 fieri oxirema et propter raritatem texture et alias causas de-
 bilitatis digonis. Ex quibus patet quod quoniam futura est licen-
 tia propter defectum digestiue ut plurimum in principio
 est oxirema. scilicet non de necessitate. In statu autem non
 scilicet quoniam est futura salus est in declinatione.

Aibus nares humide

In pnti affo. propter. duas intedit 2o nes. p
 ma est. oes hoies quibus nares si naturaliter abun-
 dantes supfluitatibus et semper est humidum si magis egrit-
 tudini quam prius modo dispositi. probat in talibus complexio est
 humida et abundant facili humiditates supfluitates re-
 spectu prius modo disposito. igitur 2o va. pna probabit
 et affo patet quod non propter aliam causam si abundantes nares
 secundum naturam supfluitat et semper humidum nisi quod complexio est
 humida. et supfluitates multiplicat. Secunda 2o ha

res se i naribus et semine modo opposito difficilius infirmant. probat quod hinc copionem sicca et paucas superfluitates. Et per hinc difficilius infirmatur.

Circa affo. non quod in hac compatiōe debemus intelligere alioz pitate non potest esse tanto maior lapsus in siccitate quam in humiditate quod corpus fieret magis egrotatum. Item 2º quod corpora humida sunt facilius permutabilia alijs paribus quam sicca. pro quod humiditas parat corpus ad patiendum. cum dicat qualitas maxie passiva. et hoc pro de alteratiōe de resolutiōe et de solutione p̄tinitatis etc. Item 3º quod corpora naturaliter abundantia superfluitatis tam p̄t̄ superfluitatē p̄ternam retinere in quantitate sufficente ad faciendum egritudine. et p̄ternaliter ad aliqua membra transmittere quam non abundantia. et p̄sertim quoniam abundantia superfluitate corpulenta non vaporosa. ista pro per se. Ex hijs pro quod tam morbo mali quam in mali facilius sunt egrotare corpora humida et humiditatibus superfluis abundantia quam eisdem carentia. Item 4º quod habentes nares humidas naturaliter intelligunt illi qui in sua natura sunt humidi sunt cerebrum. nam in talibus abundantia maxie ut pro 2º tegni d̄ signis copionis cerebri. Et ideo ut plurimum sunt humidi sunt totum. primo quod totum ut plurimum proportionat cerebro in copione. 2º quod ubi multa humiditas egreditur significat multos vapores a toto ad caput ascendere. Item 5º quod habentes sperma humidum intelligunt illi qui habent sperma fluidum. tales autem ut plurimum sunt humidi sunt totum cum sperma decidat a nutrimento toti et totum proportionat in naturali copione suo nutrimento quod ex semine humido significat humidum. et quod superfluitates cordis et epatis sunt ita sensibiles sunt nam expellunt sicut superfluitates cerebri et sperma. ideo de hijs duabus maxie fecit pro mentionem. utilitas autem affo. est in cognoscendo patos facile vel difficile egrotare. et ampliat ad utrumque sexum. et p̄cordia habetur primo theorice disponis regala.

Quibus complexio ^{naturaliter.}

Sal. in 2º. primo ostendit quod si habentes nares humidas et semine humidum. et est 2º. verificat prima pro non ex qua apparet veritas 2º. ubi 2º. Quorum igitur complexio tota. Dicitur d̄ prima quod illis quorum naturalis complexio est sicca. nulla superfluitas sensualis ad nares ex cerebro effluit neque apparet sudor in cute eorum. et ideo superfluitas eorum. 3º. dignis expellit subito per resolutionem quam a medicis vocant occulta. scilicet illi quorum complexio naturalis est humida maxie ex corpore emittunt abundantiam superfluitatis et maxie ex cerebro cuius suba est naturaliter frigidior. et similiter eorum semine est humidius et liquidius. Et illorum quorum complexio est sicca. quod aquositas presumit ideo semine exsiccatur et spiritus non fit fluidus. Ex hoc tu elige quod apud galienum per habentes nares humidas etc. intelligunt habentes complexionem humidam in toto et est per habentes nares siccas et semine. Quorum igitur. Verificat prima pro non dicitur quod igitur stabit. scilicet ex dicitur procras aut statim dicitur quod illorum quorum pro toto corporis aut est cerebrum est humida sanitas est corrupta. Et assignando causam dicitur quod est quod ex pua coctiōe eis eveniunt catarrhi. Et tu ex hoc vides ipsum non intelligere sanitatem corruptam

nisi aptitudinem. Et subdit quod si isti catarrhi descenderint ad inferiora nocet gutturi et canalibus pulmonis. et pulmone meri et stomacho et alijs membris. Sic ubi gra intestinis etc. Et ideo necesse est quod a facili causa incidat tussim aut anhelituz. i. difficultate anhelitus aut signaria aut corrupta indigestibile. i. corruptione digestionis et aliquando dyariam et si materia fluxerit salsa aliquando disinteria ut dicitur pro. in libro de aqua et aere et regionibus.

Ubitat. Utrum afforsimus sit verus negative arguit. primo auctoritate pro. 6º. epidemiarum ubi dicitur. quibus nares humidiores nam et semine humidum et plus sani sunt humidiores quam est. ut igitur illud ex toto opposituz huic dicto. 2º sic nocumetum humiditatis et pinguedinis est minus nocumetum siccitatis et macilentie. g. afforsimus istus 7º. quod tractatu ultimo. Confirmat spasmus de iniantione est deterior spasmus de repletionem g. defectus humiditatis deterior abundantia. 3º quod humiditas est pro forma sanitatis. ideo pro humida sanior. ass. pro prima pro mi ca de proplombus virtualiter. et quod vita persistat per calidum et humidum. 4º si sicce egritudines sunt deteriores humidis. igitur copio sicca deterior t3 p̄na. quod sicca pro proportionat deterior morbo. et pro ass. quartum 2º. ca de vlibus signis crisis. 5º quod dieta exiccantia est deterior humectantia ut prima p̄tula quod tenuis desiccet grossa humectat. In opposituz est pro. in isto dubio Jacobus a forlivo in soluendo argumeta alii rident et aliter Marsilius. pro ponam ponem Jacobi. 2º illam marsilij. Quantum ad prima. non primo quod duo videntur Jacobo modi probabiliter rident. primus est supponendo quod non fuerit corpora multum habitia humiditatis et superfluitatis in naribus et semen multum humidum nisi sint multum lapsa a temperamento et cum hoc frigida. aut saltem plus proportionabiliter humida quam calida hanc supponem non declarat. Sed tamen quod ipse in vno notabili circa lram dixit maxime intelligi d̄ superfluitatibus multum humidis et aquosis. ideo significat quod in istis debilis est digestiva multum. et hoc contingit frigiditate aut lapsu multo ad humiditatem. quod ois imoderata discrasia deicit actuz p̄p̄tutis aut saltem proportionabiliter magis augmentata humiditate et non ita obtineat calidum super humidum et tunc patet suppo. Secundo supponit quod pro corpora quorum nares sunt sicce intelliguntur illa a quorum naribus non effluunt superfluitates aut humiditates et talia docet esse non multum sicca nec multum frigida quod non requirit multum lapsus in siccitate a temperamento ad hoc ut non effluunt superfluitates nec mixta frigiditas est in istis. Ex hijs puto ipsum voluisse quod patet exite lapsu in humiditate et siccitate a temperamento siue sunt totum. siue sunt cerebrum magis apta egrotant sunt sicca quam humida. et hoc probat rationes an opposituz ut inuit in fine quoniam non videt quod soluant ille quoniam aut arguitur si intelligunt quod alijs paribus pro humida est vltim magis egrotantia quam sicca. Secundus modus ridentur est quod h̄ companionem frigida et humida ad calida et sicca et flegmatica ad colica et

stat q̄ flegmatica s̄t m̄ō sana colicis. q̄ calitas ē
 p̄formior corpori q̄ h̄uiditas. ⁊ sicca q̄ frigiditas
 ⁊ t̄c argum̄ta solūtur. q̄ ypo. d̄ h̄uidis t̄m non
 intelligit s̄z de humidis frigidis. Cōtra t̄m hunc
 modū v̄r cōmētū ga. nā nihil dixit de frigidis sed
 de h̄uidis. Quoz igit̄ p̄plo totius corporis vel ēt
 cerebri h̄uidior fuerit sanitatē eoz esse corruptam
 cōstabit. Et q̄n̄ компанē humida sicca d̄z itelligi
 alioz paritas. Et iō 2^o expositio q̄ intelligit apud
 eū compationē frigidū ⁊ humidū ad calidū ⁊ siccū
 ē volūtaria. P̄terea pinguedo est cū frigiditate
 ⁊ h̄uiditate ⁊ ista est laudabilior macie. vt p̄z. 7^o
 quarti ⁊ primo canticorum. ⁊ iō nō v̄r ita clarū q̄
 p̄plo frigida ⁊ humidū sit deterior calida ⁊ sicca.
 Itē v̄n̄ habem^o q̄ ad multiplicandū supfluitates
 cerebri oz lapsus eē itensum s̄z ad p̄bandū suffici
 enter puus lapsus in sicca. nā cū siccatas nō mul
 tū agat p̄sumendo ⁊ resoluendo. h̄uiditas aut ob
 tundat calitatem. iō v̄r magis sufficē h̄uiditatez
 ad p̄hibendū resolutionē q̄ siccatas ad p̄sumēdū
 P̄terea i oī h̄uida p̄plone siue cū caliditate si
 ue cum frigiditate siue cū t̄pamento nāliter abun
 dat supfluitas vt p̄z in 2^o tegni de signis harū cō
 plonū in sicca nō eniz deficiunt vt in frigida ⁊ sic
 ca a leui cā abundant. Et ideo potentior est humi
 ditas ad faciendum abundare q̄ siccatas ad faciē
 dum deficere. Et ideo respondendo conformiter
 ad lacutiones gali ⁊ antiquoz. Itō primo q̄
 aliud est corpus esse magis sanum. ⁊ aliud minus
 patum egrotare. Corpus enim magis sanū q̄ alijs
 paribus magis aptum opationes p̄ficere. s̄z para
 tuz egrotare est id qd̄ ē a leuiori causa p̄mutabile
 ad egritudinem. Quis enim dubitat cerebri p̄u
 dentis hominis ⁊ ciuils naturaliter eē sanū cere
 bri rustici duri sensus ⁊ inepti s̄m nām cum sit ap
 tius operationes p̄ficere vtroq̄ existente i dispo
 sitione sibi nālissima facilius tam egrotare ciuils
 hominis cerebrum q̄ rustici. Et ideo dico hanc p̄
 clusioem licet quibus sunt nares humide ⁊ semē
 humidum naturaliter sunt alijs paribus magis sa
 ni q̄ habentes contrario modo tamen sunt patio
 res egrotare. primam p̄tem istius vult ypo. i sexto
 epidimiarum loco allegato. ⁊ probatur quodam
 modo ex rationibus ante oppositum. sam p̄tez vo
 lūt ypo. i affo. ⁊ ga. i 1^o nec argum̄ta scā maliciant
 p̄ faz p̄tē p̄ntis istius ⁊ sic patet dubij solutio.

In longis disinteriis.

In p̄nti affo. ypo. duas itēdit p̄nes. p̄
 ma est. abstinentia est malum signuz in
 disinteriis diuturnis. probatur illud est malum si
 gnū in eis q̄ significat magnitudinem vlcera ite
 stinoz aut apatam eoz sed abstinentia tibi in diu
 turnis lienterijs ē huiusmodi. igit̄ abstinentia ē ma
 lum signum in disinteria diuturna. Secunda
 conclusio. Abstinentia cū febre est deterius signū
 in disinteriis diuturnis. probatur id est deterius si
 gnuz q̄ significat maiora ⁊ deteriora nocumenta
 sed abstinentia cum febre est respectu abstinentie

sine se. ḡ ⁊c. Assumpta istaz p̄naz in nōtis decla
 rabunt. Circa affo^m nō p̄mo per abstinentiā itel
 ligi defectū appetit^o quē cōiter sequit̄ abstinentia.
 Itō 2^o q̄ i disinteriis diuturnis abstinentia aut
 est ab ipso p̄nci^o aut i p̄cessu cū nō fuerit i p̄ncipio
 si ē i p̄ncipio ē malum signum significās mē mul
 titudinē cum disinteria diuturna debeat eē a cā ū
 multuz acuta ipressiua. q̄ tunc nō facēt morbum
 diuturnuz. ⁊ iō si t̄le accūs ē i p̄nci^o vt plurimum
 erit cum multitudine mē q̄ significat rē esse peri
 culosam. Si vero fuerit i p̄cessu ⁊ fuerit merito
 disinterie. h non erit nisi aliquo trium mōz vt plu
 rimuz. aut eniz erit q̄ vlcera sunt magnificata ⁊
 facta profundū propter quod stomachus compatiē
 vbi prius non compatiēbatur ita. ⁊ hoc est valde
 malum signum cū tale vlcus sit incurabile vt plu
 rimum vt dicitur particula quarta illo affo. Si a
 disinteria hito velut itestinoz carnes. Aut 2^o ē
 q̄ vlcera intestinoz secutum est ap̄a magnum ad
 quod sequitur compassio stomachi ⁊ hoc etiam est
 piculosū. aut 3^o q̄ ad disinteriā secuta ē debilitas
 v̄tū aut toti^o aut epatis aut stomachi. ⁊ hoc est et pi
 culosum. Et iō abstinentia ē signū piculosum in
 disinteria diuturna. Attēde t̄m q̄ maxie itelligi
 tur de disinteria in qua postq̄ diu durauit supuer
 nit ablatio appetitus vtz ex galieno i p̄mento. Ex
 qbus patet qd̄ in isto affo. intelligimus per maluz
 quia signū significans periculuz mortis. tertio p̄
 sidera quid sit disinteria ⁊ quot modis dicatur di
 ctum est in quarta particula. Et licet gal. proprie
 videatur in p̄mēto itelligere d̄ disinteria q̄ ē flu
 xus cō excoitatiōe intestinoz pōt t̄m etiā ampliari
 ad disinteriam epaticam. Nota quarto q̄ si cū
 defectu appetitus superaddatur etiā febris signi
 ficatur nocumentum non solum cōicari stomacho
 s̄z cordi ⁊ toti. Et per p̄ns p̄cius. Nota quinto
 q̄ non solum abstinentia est malum signum i diu
 turna disinteria. vt videtur itelligere ga. i p̄mēto
 sed etiam mala causa cuz corpus indigeat multa
 refectione. quia est sanitas. abstinentia ē valde mala
 ⁊ deterior cuz febre que addit in resolutione. ⁊ pa
 tet ex h̄ijs verificatio affo! Similez sentētiam ma
 gis vniuersalē. t̄m hēmus 2^o quarti ab auct. ca^o de
 signis ex p̄te appetitus. Et vtilitas p̄z i p̄nosticā
 do. Et ampliatur in vtroq̄ sexu ⁊ ad alios mor
 bos diuturnos in disinteria cum habet sp̄alem si
 gnificationem vt est dictum. Sed si queratur
 vtrum in disinteria breui vel acuta abstinentia ci
 bi sit malum signum concedendum est q̄ sic. sed
 tamen non est ita speciale sicut in diuturna. nam
 sepe contingit in disinteria diuturna quod hoc si
 gnū accidit ⁊ alia signa significantis maliciam
 non apparent de nouo. quia neq̄ exitus amplio
 ris saniet nec cortices maiores exhibunt nec in pul
 su erit notabilis varietas. In disinteria autem
 acuta malignitas non solum per abstinentiam
 significatur malitia. Sed ex pulsu qui sit valde
 subtilis aut ex qualitate excrementium. aut ex loco
 doloris ⁊ modo suo ⁊ multis talibus. Et ideo

33

abstinentia non est ita solita rita in significando maliciam. accidit ad hoc quod quandoque in breuibus disinteris sit appetitus prostratio. imo sepe propter malos humores petentes stomachum licet nec sit magna excoatio. neque magnum apostema. et ideo non oportet ex illo solo in breui disinteria ita malum significari sicut in longa.

Disinteria nascitur sicut.

Galienus in commento primo ostendit quomodo si at abstinentia ex disinteria diuturna. ut plurimum secundo quomodo in breui post initium disinterie Tertio verificat assorsum. ibi secunda. Que ab initio. ibi tertia. Et per abstinentiam. De prima dicit quod disinteria sicut fuit dictum in quarta particula nascitur ex humoribus calidis excoantibus intestina. et ista excoatio in principio est in superficie intestinorum sed quando durat diutius magis uocat et efficit vulnera vel ulcera in intestinis unde propter colligantiam stomachi. et intestinorum existente magna passione et morbo oportet quod subsequatur abstinentia: id est defectus appetitus. et patet intelligenti quod hic loquitur de colligantia absolute non que est per transmissam. quomodo autem unum membrum patitur ex alterius colligantia non oportet declarare. quod sepius dictum est. et tu vide si remanet similis complexio compositio et unitas. Secundo utrum supposito quod remenerent similes lederentur operationes. De secunda parte dicit que abstinentia que succedit ab initio morbi in disinteria fit propter humores colericos ab epate vel supple alio membro ad stomachum defluente qui humores cum sint de genere vel saltem ipsa participante corrumpunt. id est excoant intestina et isti humores repulsi ab intestinis ascendunt ad superiora natant in stomacho. et inde fit abstinentia id est defectus appetitus propter colligantiam intestinorum. Et nota quod hec colera non est absoluta. sed est per transmissam et per. De tertia parte dicit quod per abstinentiam aufertur quedam actio necessaria et naturalis: sine qua nullo modo potest vita regi. et ista est nutritio. et ista abstinentia cum accidit cum diu permanerint patientes supple disinteriam necesse est intelligi duo diuisim. scilicet vel quod vulnera sunt valde saniosa. vel quod maxima innascent apostemata. Et quando ista euenerint et stomachus patitur modo dicto excoantitate intestini infirmo sine dubio incipit periclitari. id est esse in periculo manifeste. aut prius incepit. Nota. igitur primo circa commentum quod nomen disinterie quandoque sumitur large pro fluxu sanguineo ventris siue cum illo sit excoatio siue non. et hoc modo disinteria epatica dicitur disinteria. Et modo stricte pro fluxu ventris qui est cum excoatione intestini. et quod hoc sit prius modus capiendi per ex gal. 2. tractatum cum dicit. Restat de vere disintericis pertransire in quibus neque epate patitur neque est alia dispositio propter ulcerationem intestinoz et hoc modo sumitur in 2. 2. no. utrum talis disinteria sit causata ab humoribus calidioribus dicit gal. in 2.

res non est ita certa. nam auic. in 6. 3. vult quod alii sit a fece dura. quod ab humore viscoso ita adhereret in superficie psupficie intestinoz sepe. et patet quod hoc est flegma mucilaginosum aut vitreum. Similiter et a sanie et virulencia quandoque causatur debemus igitur gal. intelligere ut in pluribus. 3. no. quod calidi humores possunt esse per essentiam ut species colere aut per putrefactionem ut multotiens virulente materiam et adhuc per adustionem ut alij aduisti qui saltem sunt calidi virtualiter et de omni modo intelligit gal.

4. no. quod primo incipit excoatio ab interiori cortice in disinteria. quod ille est paratior egreditur non tam est impossibile prius factum esse apostema et venisse ad exituram. et antequam aperiretur soluisse in profundo intestini. et sic prius etiam incepisse solui in testinum in profundo quam in superficie. sed non prius egrediuntur ut plurimum partes profunde quam superficiales. et plurimum in primis egreditur mucositas que est nutrimentum appropriatum intestinis post autem cortex et post caro intestini. et hoc ultimum est mortale non solum ulceris profunditatem sed significatur ulcerum corrosiuum et maligna valde materia. et cum hoc profundus in illo membro. Nam ego curavi vulnera anni unius et vidi curari annorum trium que pro certo erant profunda sed non erant cum ita mala materia imo ad visum nec ad cortices. nec caro intestini egrediebatur. sed sola sanies. Et ex istis patet quod licet aliquando species disinterie distingueretur penes exeuntia que sunt de suba intestinoz ad bonum sensum quod quod est pinguedo vel mucilago intestini quod cortex. et quod caro intestini. et hoc modo tres species eius tamen rationabilior est distinctio penes modos exeuntium et causarum propinquarum ut fecit auic. in 6. tertij. quomodo multe plures sunt species. Et idem mihi fore quod sane intelligat solutio dubij hic moueri soliti ut abstinentia cibi sit deterius signum in disinteria diuturna quam in breui et que modicum durauit. nam dicitur quod licet quod in breui abstinentia sit signum morbi oio interficientis. tamen ut plurimum disinteria hoc signum solum inter mala coniunctis non tamen mali significat quantum in diuturna que diu durauit. Sed ut in quolibet morbo diuturno sit periculosius signum disinteria quam in acuta est questio pertinens ad fam. 4. que non verificat nisi ut plurimum.

Ultimo nota quod ad ablationem appetitus sequitur tandem ablatio nutrimenti quod multum durat. et ideo sequitur ablatio operatiois necessarie ad vitam. unde vidi placetie nobilem ciuem in proprio sensu exite cui non potuit quoquoque per detectionem persuaderi ut aliquid aut premederet aut biberet donec mortuus est in fine sex dierum. Et nicholaus bibi sentis quod non per desipationem. sed abhoiationem neque cibum neque potum per multos dies sumere voluit donec est mortuus. et filie accidit per gemitu nicolatorum disinterie.

Tricula uulnera.

Conclusio affertur ista. vulnera a quibus circa. siue in circuitu cadunt pilis sunt male consuetudinis et mala complexio probat. In istis

ulceribus est p̄iuncta mala mā pruritiua ⁊ corrosiua s̄z talia sunt mala. ḡzc. p̄na p̄z. ⁊ āns statiz d̄clara b̄is. Circa affōm n̄o. p̄o q̄ per vlcera circumflu entia intelligimur illa circa quoz labia in sat̄ no tabili distantia cadunt pill. naz raro p̄tingit q̄ i val de p̄pe nō cadant. aut p̄pter mē defectuz q̄ facile ab illis tēdit ad locū vlceris aut q̄z sumi a sanie q̄z tuncunq̄z laudabilē elemētū sunt corrosiui q̄z sanie es est nitrosa vt dixi supra affō. Quicunq̄z ex pleu retide empici. Et ta'es cōicant partibus valde vi cinis de necessitate aut p̄pter vnguenta superposi ta. s̄z nō ita est oportunum in partibus distātibus nisi ex cā alia. 2° no. q̄ cā casus piloz in talibus vlcerebus q̄n nō ē nisi ex vlcere vel sua cā āncedē te sunt humores acuti ībentes partes circundā tes vulnus aut vlcus. ⁊ isti humores corrodunt ra dices piloz ⁊ p̄hibent eoz adherentia vñ cadunt nō eēt ita ēt imaginabile p̄pter nimis cursum hu mox. aut p̄pter defectū nutrimentū i loco p̄pter ca dere pilos. Sicut cadūt in ethicis. s̄z hoc est id q̄d sp̄ est cā quasi. 3° no. q̄ humores hoc mō corrol dentes piloz radices nō solū illas corrodunt sed faciūt in vlcere pruritum ⁊ humiditatem nālē per quā d̄z fieri incarnatio p̄hibent coagulari. ⁊ ideo p̄hibent incarnationem ⁊ bone carnis generatio nez. 4° no. q̄ vlcera d̄cunt mala ⁊ male p̄suetu d̄nis q̄z cum difficultate curant. ⁊ p̄sueuerunt eē molestoz acchitū. Et tunc p̄z affōi verificatio q̄z i talibus vlcerebus p̄ huius mē p̄seuerantiaz p̄hi bef p̄solidatio. ⁊ cū fiunt pruritus ⁊ fiunt scarpel latōes ⁊ vigilia ⁊ igetudo īfirmi. ⁊ multotiēs male carnis ḡnat. p̄cordiā at̄ q̄re 4. 4. tractatu 3° c° p° ⁊ vtilitas p̄z tā i p̄nostica q̄z i p̄ctica ⁊ āpliatō ⁊c.

Abi pilos cadere uideris.

Sal. i p̄mēto v̄ificat affōz. ⁊ p̄z modus ex dict̄ ⁊c.

Dolores in lateribus.

Dolusio affōi est. Ad alū est q̄ dolores latez ⁊ pectoroz multuz durent ānq̄z disti ete cognoscant. vel sic. Adulta dilatatio cognoscē di dolores latez ⁊ pectoroz ⁊ aliaz p̄rium est mala. p̄bat. Illud est maluz per quod īpedit̄ debita cu ra ⁊ debita p̄nosticatio s̄z dilatatio cognoscēdi hu iusmōi dolores est huiusmōi. igif ⁊c. p̄clasio vera. fm̄ tñ vnā l̄ram nō positam a gal. Conclusio affōi esset ista. maluz est dolores latez ⁊ pectoroz ⁊ aliaz partiuꝝ corporis stare multum ad recedēduz. pro bat q̄z h̄ debilitat virtutē ⁊ mām trahit ad locum. s̄z ego p̄sequar expōnez s̄z primū moduz. Juxta quē mōz nōndū q̄ nō solū i doloribus. s̄z i oī alia d̄spōne multū molesta ⁊ piculosa ē mala dilatatio cognoscēdi s̄z y. maxime de dolore specificauit. q̄z dolor est de maxime p̄sternētibus virtutē. ⁊ q̄z per cognitionem doloris talem qualez intēdit y. mul te male d̄spōnes cognoscuntur. 2° no. q̄ per la tera intelligimur partes pectoris corrdentes lo cis costaz i q̄bus maxime apparet dolor ex pleure si. ⁊ per pectoris partes intelligit loca q̄ r̄ndēt an

teriori vbi cartilagine in extremitate costaz quaz partem gal. fo tegni vocat toracem. ⁊ in isto maxi me apparet dolor ex periplemonia. per alias autē corporis partes intellexit generaliter alias. has tñ duas explicauit. q̄z in istis maxima diligētia h̄nda est p̄pter periculuz egritudinis a qua dolores illi pendent. 3° no. q̄ de dolore plures ⁊ varias pos sumus habere noticias. quedam. n. est p̄fusa q̄ do lor est. ⁊ q̄ est in pectore. verbiq̄. nō tñ distincte su mendo in qua parte sigillatim. Alia vocatur a me dico distincta que est per cognitionem proprii loci fo proprie maneriet. 3° proprie cause proprieq̄. Exemplum primi si scio q̄ dolor est in pleura aut in rene. aut in colon. Exemplum secundi sicut si scio q̄ ē acutus aut corosiuus aut grauatiuus aut continuus aut cum interuallis. ⁊ sic de alijs. Exe plum tertij. vt si scio q̄ est propter malam comple xionem calidaz sine mā aut cum mā colerica. aut si scio q̄ cum flegmatica aut ventosa. aut cuz solu tione continui. aut cum apate. ⁊ tunc aut erisipila aut flegmone ⁊ sic de talibus. ⁊ ypo. de istis mōis specialibus oibus intelligit vt dicitur in commen to. 4° no. q̄ hoc est malum per viāz cause. q̄z me dicus nō pōt tunc debite curare nec debite p̄nosti care nisi h̄ndo taliter notitiā. ⁊ tō ista dilatatio co gnoscēdi est mala. fo est maluz per viā signi mul totiens. q̄z cā p̄pter quaz medici hesitant p̄cipue eruditi est p̄iunctio p̄ditionū quodāmō opposita rum ⁊ d̄raz vt verbiq̄. p̄iungit dilatatio doloris in ventre cū remanentia doloris fixi apud renes aut in pectore dolor vchemens sine tussi. ⁊ pungitiuꝝ ⁊ sine notabili fe. ⁊ tūc significatur aut pluribꝝ lo cis cōicari. aut plures ⁊ varias cās concurrere ad ipsum faciendum. ⁊ p̄ p̄ns difficultas cure. gal. tñ in commento solū de cā videtur intelligere. Ex q̄ bus patet verificatio affōi. ⁊ tu cape p̄cordiā sexto epidimiaz. vtilitas ⁊ ampliatio p̄z ex dict̄is.

Oporet ut differentia ^{cogno} ^{scatur.}

Sal in p̄mēto dimittēdo diuisionē marsilij q̄ mihi nō appet ad mēiē gal. vt oñdaz facit duo. p̄o oñdit q̄ oz medicū vltra loca doloroz cognoscere q̄titate eorundez in fortitudine ⁊ debilitate. fo oñdit q̄ vl tra loca ⁊ q̄titate oz alia inuestigare. fa ibi. si at̄ y. ad hoc intēdit. In p̄o p̄te. ponit p̄o intētionē. fo h̄ declarat p̄ tria exēpla. 3° oñdit q̄ sit cā fortitudinis doloris in eodē mēbro. ibi fa. si. n. costis. ibi 3° q̄ti tas. In prima dicit q̄ y. dicit q̄ oz q̄ doloris d̄ra cognoscat a medico. q̄do sunt in lateribus. ⁊ pec toribus. ⁊ alijs corpis p̄tibus. ⁊ intellexit q̄ nō so luz sunt intelligēda loca doloroz s̄z oz q̄ cognoscat doloruz q̄titas. ⁊ hoz duoz cognitio ē necessaria medico. q̄ ipsa ē p̄nostica. i. faciēs prius cognoscē qualis ē futura in firmitas. ⁊ quō ē medicāda. Et tu nota q̄ cum ex quantitate doloris apparentis in vno corpis situ sciatur que mā peccat ⁊ in quo mēbro. ⁊ mā diuersa indiget vario mō medicamif ⁊ silr varia mēbra. iterūq̄ aliter ē futuz piculū ex vno q̄z ex alio. tō ista cognitio fac̄ nob̄ p̄cognitionē

S. 9

et difficultatē morbi et morbi medicādi. Si. n. co
 stis. i. hac pte ponit ex. et p^m pertinet ad partes la
 tex i quo dicit q^d si i costis. i. i dircō costarū magn^o
 dolor inascat et ascendēdo qⁱ disgradiatur vsq^{ue} ad
 furculas. i. supiores exites in sine colli. aut descen
 dat inferius versus ypocūdrā i vtroq^{ue} casu per hūc
 modos cognitōis dolorū significant tria. p^m est q^d
 apā ē i pellicula cooperiēte costas iterius q^{uam} vocat
 pleura. q^{uod} i possibile ē dolorē eē huius nisi patiēte
 illa pellicula s^{ed} q^{uod} significat ē q^{uod} passio ē molesta et
 periculosa. 3^m ē q^{uod} fortē ē adhibēda medicā. et iō si
 passio se extēdit ad furculas. stomia ē necessaria.
 descēdit ad dyastagma farmacia ē necessaria vt d^e
 fo regimīs acutoz. quē dicit pitonoxomatō. S^{ed} si
 dolor fuerit pu^{er} i vno loco latex remanēs fixus q^{uod}
 venit q^{uod} sicut pūctura nō ascēdēs ad furculas ne
 q^{uod} descēdēs ad ypocūdrā tūc passio ē i locis carno
 sis costarū. et nō indigemus fortē medicā et nō est
 molesta. et hoc^o in alijs doloribus indigemus cogni
 tiōe mēbroz dolētū et magnitudis dolorū. Attē
 de igi^{ter} vt dicit fo regimīs acutoz 2^o 4^o. q^{uod} i pleu
 resi dolor ascēdit ad furculas indigem^{us} stomia ba
 silice. et rō ē. q^{uod} ex ascēsu significat calitas mē. et q^{uod}
 plurimū talis ē sāguī pmixta. iō stomia ē faciēda
 de basilica q^{uod} ipsa ē p^{er} quā p^{ri}ncipaliter et de p^{er}pe
 fert sanguis ad nutriēdū loco p^{ri}marū 4^o costarū
 supioz s^{ed} vt d^e p^{ri}mēto. 4. l. et textu. si passio descēdit
 ad dyastagma oz purgare cuz eleboro nigro. aut
 fellibino. q^{uod} significat māz p^{ro}gruā. et per p^{ri}ns aut
 flegmaticā aut melācolicā. et iō purgari debere. et
 p^{ro}stat q^{uod} tā hec stomia q^{uod} farmacia dicunt a gal. me
 dicina forē. et hic ē cañ. ca. 4^o. p^{er} q^{uod} in egritudinib^{us}
 in q^{uod}bus ē timor incipēdū ē a medicā forē. et no.
 quō stomia vocat medicā. si at dolor q^{uod}escit signi
 ficat māz nō multā influere et iō nō penetrare in
 p^{ri}niculū s^{ed} in carnē. et iō passionē eē nō piculosa
 et sufficere leuioza adiutoria. Nō dixit at q^{uod} si do
 lor sit vehemēs et getus. nā ēt in isto dū nō sit ven
 tosus indigemus fortē adiutorio. et ē piculosus q^{uod}
 q^{uod} ducēs ad mortē cū ad epīma p^{ro}uertit. 2^o at. ex^m
 ponit ibi. Sicut si apāta. et ē q^{uod} si apāta sint i loco
 carnofo q^{uod} ē pessimū ad apāndum. i. aptissimū ad
 apāndū dolores erūt graues sicut ypo. dixit in li^{bro}
 epidimiaz vbi dixit q^{uod} in venis graue pōdus porta
 re innuēs de locis dolorosis. s^{ed} cū dolor ē i ceteris
 p^{ri}tibus renū dolor ē acutus. et p^{er} id q^{uod} y. i loco illo
 epidimiaz dic^{it} i celis p^{ri}tib^{us} itelligi p^{ri}ctas circūdā
 tes singulos renes et ēt venas et artarias renū et p^{er}
 cauitatē renū et portā p^{er} quā exit vrina. Ex quo p^{er}
 q^{uod} dolor ē in directo renū ex fortitudine doloris et
 mō possumus cognosce^{re} vtz sit in carne renū vel
 in p^{ri}niculis vel in venis vel artarijs et isto i loco ē
 error diuisiōis marsilij. nā in ista pte cū dicit gal.
 q^{uod} at ceteris dixit p^{ri}tibus. Marsili^{us} inchoat faz
 pte p^{ri}mēti d^e q^{uod} exponat h^{ic} fa ps affōi nri s^{ed} si ē ita
 q^{uod} vt p^{er} h^{ic} nō exponit in h^{ic} vbo nisi dictū y. in libro
 epidimiaz q^{uod} loq^ut de renibus. Cadit tū difficul
 tas quā thadeus diffuse disputat. vtz apāte exite
 in venis aut artarijs dolor sit acutus. et v^{er} q^{uod} sic ex

gal. hic. s^{ed} q^{uod} nō p^{ro}bat q^{uod} venae et artarie sūt obtusi
 sēsus nō sit rigor p^{er} motū mēz in eis s^{ed} h^{ic} p^{er} mo
 tū mēz in musculis et in exitu ab eis. p^{ro}terea ipse s^{ed}
 plurimū ligamētales et ligamēta nō sentiūt hic d^e
 venas et artarias nō eē acuti sēsus. s^{ed} tū q^{uod} caro re
 nū nō sētit. iō apāte exite in vena q^{uod} sētit aut arta
 ria sit acutior dolor. s^{ed} ex apāte carnis renū sit gra
 uior. q^{uod} si dicat q^{uod} si artarie et vene sētit q^{uod} tūc de
 beret fieri rigor in motu talis mēz. d^e q^{uod} sūt obtusi
 sēsus et iō nō sit ex illo motu rigor. 3^m at ex^m po
 nit ibi. Idē ēt itellexit d^e q^{uod} y. idē itellexit q^{uod} de
 epate in quo si dolor sit in carnosia locis dolor est
 grauior. nō tū q^{uod} velit carnosia loca volē epat. q^{uod} il
 la caro nō sētit. s^{ed} vult q^{uod} si mā q^{uod} ē cā dolorū faciat
 apā in carne epat dolor ē grauis s^{ed} si ē in pell. cul
 aut venis eius ē acutus respēctū eius q^{uod} ē cū est in
 carne. et subdit q^{uod} q^{uod} apāt sūt in silibus mēbris et
 alia sūt p^{ri}ca q^{uod}ntitas acumis dolorū ē s^{ed} nāz. i. p^{ro}pler
 tionē humorū illos faciētū. q^{uod} si humor erit coleri
 cus dolor erit fortissimus alijs p^{ri}tib^{us}. et similit^{er} q^{uod} ē
 grossa vētositas nō h^{ic}ns exitū dolor sit fortissimus
 et si mā fuerit flegmatica dolor erit mollior. i. remis
 sior. Ex q^{uod} i fert q^{uod} ex q^{uod}ntitate doloris nō solū itel
 ligimus qualitātē doloris. s^{ed} ēt ex illa itelligimus
 q^{uod}līter deat morari. i. multū aut paz. et h^{ic} q^{uod} cogno
 uimus a quo humor depēdet. Si at y. hic oñdit
 iudicio meo q^{uod} oz nō solū q^{uod}ntitatē s^{ed} alia p^{ro}sidere
 ad h^{ic}ndū debitā noticiā doloris et diuidit i duas
 ptes. p^{ri} facit q^{uod} d^ecm ē magis p^{ro}fulse. fo d^eclarat d^efaz
 qualitātē et q^{uod}ntitatē doloris rñdēdo tacita obōni. ibi
 fa h^{ic} at. In pte p^{ri} itroducēda expōnē suā mō reto
 rico dixit. q^{uod} si y. nō intēdit in affō medicū facit at
 tēti nisi ad cognoscēdū q^{uod}ntitatē doloris sufficit id
 q^{uod} ē dictū in 2^o. S^{ed} si p^{er} q^{uod} ēt voluit aliud eē iue
 stigādū sicut vbiq^{ue}. quale mēbz paties dolorē sit vi
 gnus aut nobilius et qualevilius et quale ē magis
 decliue ad piculū et silia. i. alia q^{uod} i dolore sūt p^{ro}siderā
 rāda tūc ē itelligēdū ab y. ac si diceret. nō sufficit
 sola inuestigatio q^{uod}ntitatē doloris in diuersis locis.
 neq^{ue} ēt si sint in eisdē locis sufficit inuestigat^{io} si sit
 vnus dolor vel multiplex vt vbiq^{ue}. Si origines pa
 tiant in latere in eadē pte nō debemus ex istis in
 telligere dolores eē equales. i. in piculo vel mō cu
 re. et cā qua depēdet imo oz inuestigare si sint siles
 vel d^entes in d^eris dicēdis. Deinde cū dicit. h^{ic} at
 specificat magis p^{ro}siderāda in dolore. et dicit p^{ri} q^{uod}
 ad integre cognoscēdū vtz dolores in eodez loco
 exites sint similes vel d^entes. oz p^{ro}siderat vtz sint
 eiusdē q^{uod}ntitatē et eiusdē q^{uod}litatē. In qualitate at p^{ro}
 deramus vtz sit p^{ro}gnitius vel inflatiuus. vel gra
 uis vel corosiuus sēpiternus. i. p^{ro}tinuus vel induc
 tuosus equalis vel diuersus. s^{ed} in q^{uod}ntitate fortitu
 dinis oz itelligere plus et minus et h^{ic}. i. itēdimus
 q^{uod} vicim^{us} magnitudinē aut p^{ro}uitatē v^{er} q^{uod}ntitatē ma
 gni doloris. et rñdēdo tacite q^{uod}ni dic^{it} q^{uod} medici cō
 sueuerunt rez fortiozem appellare maiozez q^{uod}ntis
 fortitudo non pertineat ad quantitatē sed ad qua
 litatē q^{uod} dicunt se. esse magnam vel paruam cū se.
 nihil sit aliud q^{uod} calor. Et ideo non est mirum si

dolorē dicit fortiorē vel maiorē neq; si dicat rē in qualitate eē maiorē volētes q; dicit grauitas in dolore apūgēte et silib^o. i. volētes nōre dīam in doloribus pūgitiuis aut grauatius et alijs q̄do dīnt s; magis et minus et hoc facit per nomē magni. et parui. **¶** Mo. tamē circa totū affōm q; multoties est vtilis dolor vt dolores facimus in subethicis et apoplecticis et i multā diuersiōib^o nō tamen ē vtile q; multum duret anteq; dolores cognoscantur.

¶ **Escretici et circa vesicā dolētes** ^{tes. 2^o}

¶ affōi ē. **¶** Hītes passioēs dolorosas circa renes et vesicā laboriose sanant si sint senes. 2^o pbat. In illis iste passioēs laboriose sanant in qbus virtus ē debilis et dclinat. et cū hoc humor salis multiplicat. s; senes sūt butusmōi q; et maiorē et minorē declarabo in notandis. Et hanc sniam allegat auic. l. 8. 3^o ca. de lapide renū. et est vtilis affō. in pnostico et ampliā ad vtrūq; sensuz **¶** Adulti et sūt alij morbi q; in senibus laboriose sanant. s; ppo. hos tm in pnosticis voluit specificā q; de alijs alias dixerat. **¶** Mo. tm q; nefretici dicit illi q; patiunt in renibus sicut splenetici q; in splene. **¶** Mesres. n. solēt renes dicit. et iste passioēs sūt sicut verbiq; lapis aut vlcus siue ab intrinseco siue ab extrinseco pueniat et similes maxime tm verisimiliter de passioē q; ē vlcus. nā a lapide renū pmi senes qnz librant in trāsitu ad decrepitā etatē. 2^o no. q; dolētes circa vesicā dicit patietes dolorē in mēbris secū colligat sicut collū vesice et porū vritides et in ipamet vesica. 3^o no. q; s; i vlcibus vesice fiat dolor i loco vlcerato. tm multoties ē valō remissus. et i hora emissiois vrine sit magn^o dolor in ipsa virga ppe caput eius. et iō nō dicit solū dolētes in vesica. s; circa vesicā q; et ex passioē ppij corpis vesice dolēt corpa circa vesicā. et loco doloris ppiēdit locus vlcis. s. ex loco alio a loco capiti virge. q; in illa hora mingēdi pueniūt oē vlcera siue in colo siue in virga siue in vesica. 4^o no. q; mēbra soluta q; nō qescūt cū difficultate sanant vt dicit. 4. 3^o ca. de pti. q; vlcera indigēt qete. **¶** Itēz et mēbra q; sūt via expulsiois supfluitatū multaz et acutaz vel duraz difficulter sanant vt dī de ano xvij. 3^o Itē mēbra q; sūt receptacula supfluitatum difficulter sanant. et hec oia pueniūt renibus. et vesice. s; in oi etate mō talis q; i oi etate sūt difficilia ad sanādū vt plurimū in senectute cuz sūma difficultate sanant. aut nō sanant. et iō ista vlcera in senibus. aut nō sanant. aut cuz difficultate maxime at in decrepitā. 5^o no. q; vltra has difficultates q; i senectute generat humor barrachi^o et salis q; ē mordicatiu^o et talis addit i vlcibus renū et vesice. iō hac cā et in senibus difficiliter ista curant. et.

¶ **Passiones i renibus** ^{et vesicā.}

¶ mēto p^o assignat vnā cāz difficultatē sanādī passioēs horū mēbroz. s. renū et vesice. fo. aliā. 3^o spālez exītez in senibus. ibi fa. **¶** Itēz ad sanādū. ibi 3^o. q; passio. In pzia dicit q; passioēs renū et vesice diffi-

culter sanant. q; ista mēbra nūq; qescūt et qes est necessaria in sanatiōe horū mēbroz q; sūt egra.

¶ Et no. q; nō ē intelligēdū q; nūq; qescūt oio s; q; quasi nūq; qescūt. neq; renes sere p̄tinue reci- piūt et emittūt vrinā et vesica quasi sp̄ aut recipit aut pellit. Et no. q; hoc maxie h; vey de solutiōe p̄tinue. nā lapis p̄ motū remouet. s; p̄tinue solutiō p̄ motū phibet sanari. nō tm ē necessariū sp̄ phibe- ri. q; qnq; virtus et medicina plus possūt ad sanā- dū q; motus ad impediēdū. **¶** De fa pte dicit q; p̄- dixit duos eē ad sanādū morbos hāz ptiū q; hic trāsēūt supfluitates acute q; renouāt vlcera. i. ma- gnificāt et si eēnt ppe p̄solidationē renouant. **¶** De 3^o pte dicit q; in senibus has passioēs curare ē du- rius q; etas eoz dclinat sicut de aliqb^o alijs mor- bis dicit ppo. alibi q; illis passioibus p̄moriunt.

¶ **Dolores et tumores** ^{et}

¶ clusio ē. dolores et tumores exītes fm vētrē supiores et magis supficiales si le- uiores exītibz interius et in p̄fūdo. 2^o pbat. q; isti sunt in mēbro. minus sensitiuo et ignobiliori et cui facilius possūt applicari medicamina. et simile sniaz hēt 4^o p̄tinet. p^o ca. et ampliatio cōis ad sen- sus et p̄plexioēs et etates. Et pōt apliari ad alias passioēs. vtilitas at ē q; o; q̄do tumor ē in vētre bene discernere vtrū sit in pte carnosā et extrinse- ca q; ē mirach. aut sit in pte p̄tēta in p̄cauo eius. s. aut in stō aut in intestinis. aut alio mēbro intrinse- co. q; magna dīa ē in cura et pnostico. **¶** Mo. tamē p^o p̄ticut q; p dolores supiores nō intelligunt illi q; sunt magis p̄ping capiti. s; q; sūt magis in sup- ficie et magis extra. **¶** Ecōtra at p̄ inferiores non in- telligimus illos q; sūt magis versus pedes s; sūt magis intra et in p̄fūdo vt dicit gal. in commēto.

¶ Secundo no. q; partes intra siphac sunt no- biliores partib^o inferioribus et eaz egritudines et apāta sūt periculosiora vt stomachus intestina ves- ca. et filia mēbra. vt epar renes et splē. et iō illarum egritudines sūt valde periculosiores. plurimū et talia mēbra sūt magis sensitua. et iō fortius dolen- tia. et q; sūt rarioza plus ibibunt. et q; sūt calidiora facilius multe mē ad illa mēbra trabunt. **¶** Ecō- tra at accidit in mēbris exterioribus. Et iō ppter magnā dīaz i cura et pnostica hē diligēter p̄fide- rādū. 3^o no. q; hoc nomē vēter et si multas hēat significatiōes vt ē dictū affō fo. p^o particule. tamē hic sumit p magna p̄cauitate p̄tinetē mēbra nālia sicut stō intestina epar. splen. renes. vesica et. Et intelligat in ista p̄paratiōe q; cetera sint paria.

